

Franckesche Stiftungen zu Halle

Salomonis, Regum hominumque, peccati labe laborantium, sapientissimi, Proverbia & Ecclesiastes

Breithaupt, Joachim Just

Magdeburgi, 1717

VD18 11104074

Caput Octavum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216270

Hoc scio: tum, nusquam sincerum lumen haberi
 Posse, nisi armatis precibus repetamus ab alto,
 Abstrusum in venis Verbi cœlestibus, ignem.

TRACTATIO POSTERIOR,

ADDENS V. CAPITA.

CAPUT OCTAVUM.

Post vanitatis varia specimina, remotivè magis proposita; sit progressus ad veritatem, illi opponendam magis positivè. Quod uti jam suprâ factum, præsertim c. II, 12, 13. 26. III, 13. V, 17, 18. VII, 30. VIII, 15. ita ei ex instituto nunc TRACTATIO POSTERIOR, altera pars scripti, impenditur. Fundamentum ponitur in Verbo Dei, & hypostatico, & prophorico, tanquam illuminationis principio; quatenus priori, ut principali, posterius, ut instrumentale, subordinatum est. 1. Exinde

Nn 2

com-

vationem imaginandi cogitandiq; boni, sibi illud, quod malum est, comminisci cœperunt, effinxeruntq; ea, quæ non erant, pro libidine. Ut enim, si quis, sole præsentè, & suo jubare universa terrarum illustrante, connivat suis oculis, ac inde tenebras, quæ nullæ sunt, animo fingat; ac postmodum, quasi in tenebris ambulans, oberret, ut nunc lapsante gradu procidat, nunc ad præcipitia sese incitet; arbitratur interim, non lucem, sed tenebras esse, seq; intueri, quum nihil videat: ita quoque mens humana, clausis oculis, quibus Deum contemplari poterat, effictis suâ imaginatione malis, in iis sese agit ac movet; ignorans interim, se nihil agere, dum se maximè negotiosam putat, & quæ naturâ non subsistunt, animo comminiscitur. Non enim, qualis à principio condita fuit, talis permanet; sed, qualem se ipsam contaminando reddit, talis etiam apparet. Condita enim est, ut Deum spectet, & ab eo illustretur: ipsa verò Dei loco mortalitatis caliginem exquisivit, ut Spiritus scripturâ prodit: Deus hominem rectum fecit; ipsi autem exquisiverunt multiplicia commenta. Malitiæ igitur inventio & excogitatio, ab hominibus ita exorta & consicta est: unde porro ad idolorum vesaniam descenderunt.

commendatur obsequium, erga primam & secundam legis tabulam; quod ex utriusque meditatione divinitus impetretur, si digna simul habeatur ratio circumstantiarum in tot casibus, 2.--7. Obsequii necessitas firmatur affectu metûs, obvio ex mortalitate considerandâ; 8. tum vanitate, eidem undiquaque innexâ, malos inter & bonos; 9, 10. item, è pernicioso abusu Divinæ longanimitatis: nec non, interposito affectu fiducia, ex promissionibus Evangelicis, 11, 12, 13. Eadem necessitas urgetur iterum affectu metûs, ad evitandum gravius occultum iudicium, unâ cum hypo-crisi, 14. Doctrinæ usus, pædagogicus, compellit ad usum Evangelii: quo omne Dei donum, quod sub sole est, annunciat, non abutendum, sed radiis solis justitiæ, CHRISTI, ut doni ineffabilis, [2. Cor. IX, 15.] collustrandum. Ad quam Evangelicam hilaritatem, viis penitentia & fidei consequendam, hoc est, veritatem, vanitati contrariam, adducimur eò magis; quò magis admirando assequimur, reservare sibi soli DEUM opera sua, frustra, hominem scrutari eorum mysteria, & difficultates apparentes. 15, 16, 17.

Dicta querela super vano; cui nomina mille,
Mille modi: contra id, canimus tutamina porrò.
Quæso, quis ut sapiens^x unus? quis sicut JÖVÆ
Interpres^x, sanctos ausus recludere fontes
Scriptorum rerumque^y; novum ut lucefcere solem
Luminum amatores stupeant? *Sapientia*, is Ipse,
Mortales vultûs radiis collustrat^z, abactis
Nubibus infestis; facies instaurat, amandi
Roboris^a afflatu, lætosque reducit honores^b.

2. Au-

PARALLELISMUS CAPITIS VIII.

(x) VII, 28. conf. II, 14, 17. Pr. XVII, 24. z. (x) IX, 11. m. (y) I, 8. q.
(z) XI, 7. Job. I, 9. 1. Cor. I, 30. (a) VII, 19. Pr. VII, 13. XVIII, 23.
XXI, 14. 29. (b) AUGUSTINUS, de Doct. Christ. l. I. c. 10. *Quum illa veritate perfruendum sit, quæ incommutabiliter vivit, & in eâ Trinitas,*

2. Autor^e ego: Regis Superûmque, hominumque, ve-
rendum

Os venerare^d tui! nec apum de foedere tantum,
Sed firmati etiam propter^e sanctissima pacti

3. Vincula, teste DEO^f. Tibi ne fiducia rerum,
Principis ante oculos, cedat; cede impiger ultrò,
Nec tu insiste^f malis: nam, quod volet, omne facesset.

4. Scilicet^g invicto majestas regia latè

Nn 3

Ful-

Deus autor & conditor universitatis, rebus, quas condidit, consulat; pur-
gandus est animus, ut perspicere illam lucem valeat, & inherere. c. 11. Quod
non possemus, nisi ipsa Sapientia tanta etiam nostræ infirmitati congruere di-
gnaretur, & vivendi nobis præberet exemplum: non aliter, quàm in homine,
quoniam & nos homines sumus. Sed, quia nos, cum ad illam venimus,
sapienter facimus: ipsa, cum ad nos venit, ab hominibus superbis, quasi
stultè fecisse putata est. Et quoniam nos, cum ad illam venimus, con-
valescimus: ipsa, cum ad nos venit, quasi infirma, existimata est. Sed,
quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei,
fortius est hominibus. Quum ergò ipsa sit patria, viam se quoque nobis
fecit ad patriam. c. 14. Sapientia Dei, homines curans, se ipsam exhibuit
ad sanandum, ipsa medicus, ipsa medicina. — Nos immortalitate malè usi
sumus, ut moreremur: Christus mortalitate benè usus est, ut viveremus. —
per feminam deceptos, per feminam natus, homo homines, mortalis mor-
tales, morte mortuos liberavit. (c) inf. 12. conf. I, 12. 16. II, 1. 11, 12. 14, 15.
18. 20, 24. V, 18. (d) X, 20. Pr. XXIV, 21. (e) III, 18. f. VII, 14. k. (f) IX,
2. b. (f) I, 4. l. AMBROSIIUS, in Ps. I. Ecclesiastes docet: Noli stare
in sermone malo! hoc est, noli persistere in sermonibus malis; similiter
& operibus improbandis. Quomodo in bonis sit standum, sanctus Propheta
præcipit, dicens: Stantes erant pedes nostri in atriis tuis, Hierusalem!
In Hierusalem, standum est: de Babylone, fugiendum. Et Moysi dicitur:
tu autem hîc sta mecum! qui de Egypto fugit; & cum Domino stans,
perseverabat. (g) VII, 2.

- Fulminat imperio ^b; semper secura, minarum
 Affore vim ^b verbis subitò. quis ⁱ dixerit ⁱ illi:
 5. Quid facis? At ^k, si quis legem custodiat ⁱ; iste
 Et culpam & pœnam fugiet ^m. Tempusque ⁿ mo-
 dumque,
 Judicii ^o plenum, nòrit mens inde, necesse est.
 6. Omni quippe rei curandæ ^p (testor, & inſto)
 Hora sua, atque sua est ratio ^o; quâ singula dextrè
 Conſieri poſſint: nec non extrema dierum

Festi-

(h) g. II, 19. VI, 2. VII, 19. Pr. XIX, 12. XX, 2. 26. (i) sup. l. Pr. XX, 9.
 (k) I, 4. k (l) IV, 17. n. V, 7. 12. XI, 4. y. Pr. X, 8. XIII, 13. XIX, 16.
 Apocal. XXII, 14. (m) IV, 14. Pr. III, 6. 21. 26. conf. 2. Cor. V, 21. (n) III.
 IX, 11. Pr. XV, 23. XXV, 10. 19. (o) III, 17. d. IX, 11. n. conf. Pr. XXI, 15. g.
 CORNELIUS à Lapide in h. l. *Judicium*, in Scripturis multa ſignificat.
 In judicio enim *judicium* multa ſunt; quæ nunc omnia ſimul, nunc unum ex
 omnibus ſeorſum, per ſynecdochen ſignificat vox, *judicium*. Unde nunc
 ſignificat interrogationem & accuſationem, deſenſionem & reſponſionem;
 nunc ſententiam *judicii*; nunc pœnam, ab eo inſtitutam. Rurſum, quia
judicium forenſe ſtatim eſt, determinatum, certum & fixum; hinc *judicium*
 per catachreſin ſignificat rem ſtatim & certam; item, morem, legem, con-
 ſuetudinem, normam, regulam, ſtatim, conditionem, officium, functionem,
 miniſterium. — Sapiens ita exactè præcepto tam Dei, quàm regis & magi-
 ſtratus, obedit, omnes circumſtantias loci, temporis, modi, perſonarum, &c.
 obſervans; ut nil ſit, quod in eo carpi queat; ſed, ſi qua in re à quopiam cul-
 petur, illicò habeat, quod jure reſpondeat, quoq; ſuam obedientiam tuea-
 tar & demonſtret; adeò, ut, ſi in *judicium* vocetur, coram *judicibus* juſtam
 facti ſui rationem reddere poſſit. — BERNHARDUS, Serm. de Obe-
 dient. Verus obediens, parat aures auditui, linguam voci, manus operi,
 pedes itineri; & ſic ſe totum intra ſe colligit, ut mandatum peragat impe-
 rantis. (p) III, 1. t. Pr. XXXI, 13.

Festinat, tandem ut discrimina certa pateſcant.

Interea verò nimbi ^q quanti ^q, atque tumultus ^q

7. Quàm varii ^r, incumbunt homini! Nec cernit hic antè,
Quæ poſt longum ævum, quæ mox ventura trahan-
tur ^s.

Nam, quâ quæque viâ ſint aggredienda, quis hujus
Dat documenta; quibus videasque ferasque labores ^t?

8. Spiritus ^u, igne potens auræ vitalis, habenas
Haudquaquam aut frenos patitur; non ullius unquam
Corporeis membris, tanquam compagibus arctis
Carcere ſub clauſo ^x, paret: quin evolat, ipſo
Numinis ore ſciens, terræ quòd nulla poteſtas ^y
Temperet arbitrio lethi momenta; nec orci
Arbitra, Tiſiphone, belli ^y commercia curet
Irrita, ſi quem hoſtis tutum miſiſſe videtur.
Ergò nec eripiet ^z, quos ^a, tanquam impura miniſtra,
Detinet, impietas. erit implacabile, buſtum.

9. Omnia contemplanſ ego talia; dedere ^b cordis
Interiora mei curæ cujuſlibet artis,

Atque

(q) VI, 1. t. (q) II, 21. f. (r) I, 13. e. VI, 1. 3. (s) II, 19. VI, 12.
VII, 14. X, 14. (t) I, 9. s. VI, 12. (u) I, 5. 14. X, 4. XI, 5. XII, 7.
conf. Pr. XXVII, 16. XXX, 4. (x) conf. Jerem. XXXII, 3. (y) ſup. 4. b.
(y) III, 8. b. (z) VII, 26. (a) VII, 12. a. Pr. XVI, 22. (b) 16. I, 12, 13.
VII, 2. x, 21.

Atque operæ^c, quâcunque jubar solare superbit^d.
 Observoque simul, quondam permittere fata,
 Terrigena ut dominans^d sævis prenat improbus ausis
 Terrigenam; non huic tantum, verum & sibi damno^e.

10. Tunc vidi indignans; luce ac pietate carentum
 Reliquiis, etiam solennia funera duci^f.
 Quodque minus reris^g; venere ubi, recta parantes,
 Sancto abiêre loco: tenebris conduntur, & omnis
 Gratia gestorum paulatim abolefcit in urbe^h.
 Heu, vani facies; quæ vix aliunde notari
 Tam clarè poterit, quàm rerum è cardine tanto!

11. Nempe, gradu lentoⁱ Nemesis procedit, iniquum
 Contra opus^k; in melius sese ut gens impia mutet.
 Hinc pejora struunt^k ingrati; hinc, pectus Adami
 Natorum^l, impletur^m vitiis; hinc prava cupido
 Acriùs intra animos stimulat, patrare nefandaⁿ;
 Supplicii genus hoc propriâ prurigine postquam
 Contractum est: quanquam, ecce! manet crudelius
 illos.

12. Si quis enim pergat, vicibus centumⁿ, effera centum
 Facta

(c) V, 14. n. (d) inf. 15. 17. I, 3. g. (d) II, 19. 7. V, 18. (e) V, 12.
 (f) VI, 3. Luc. XVI, 22. Ps. XLIX, 21. (g) conf. II, 15. X, 6, 7.
 (h) II, 16. IX, 5. (i) conf. IV, 12. (k) IV, 17. s. VII, 14. (l) II, 3. i.
 (m) IV, 6. XI, 5. Act. V, 3. (n) IV, 17. Pr. II, 14. X, 23. (n) VI, 3. d.

Facta, iterare malus; longosque senescat in annos:
Novi equidem, (nec vana fides) bona quæque, pi-
orum

Deberi precibus, cum Numinis ora verentur,

13. Sub quibus incedunt. Non est, non vera salutis
Janua, quâ cursus pandit fortuna secundos
Perverso: non, si benè nunc se ea fingit, & olim
Sic fuerit. neque tum (fugiens velut umbra) su-
perstes

Durabit, quem non DOMINI præsentia terret.

14. En, aliud specimen, quo spes sua ludit inanis,
Terrarum super orbe, viros! Sunt nomine quidam
Justitiæ fatis insignes, quos tangit eorum
Sors adversa, operis qui justici conscia nulla
Sensa gerunt. Contra, sunt & virtutis egentes,
Qui jactant præ se famamque decusque proborum.
Dixi: etiam hoc vanum! species ita fallit utrosque;
Ignoti veri, tumidos; iræque, beatos.

O o

5. Jam-

(o) VII, 17. x. 26. l. (p) II, 26. p. post. (q) 13. VII, 8. 15. (r) III, 14. x.
(s) VI, 12. (t) 12. q. VII, 15. r. Pr. X, 27. m. (u) conf. VII, 20. f. Pr.
IX, 9. a. XXVIII, 1. (x) V, 5. b. (y) III, 17. c. (z) AUGUSTINUS,
de Civit. Dei lib. XX, c. 3. Salomo, sapientissimus rex Israel, qui regna-
vit in Jerusalem; librum, qui vocatur Ecclesiastes, & à Judeis quoque ha-
betur in sacrarum canone litterarum, sic exorsus est: Vanitas vanitatum,
dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum, & omnia vanitas! Quæ ho-
mini abundantia in omni labore suo, quo laborat sub sole? Et quum

15. Jamque ego constitui ^a; vera inter gaudia vitam
 Exigere, ut nullis nebulis vanescere possint ^b.
 Namque ^c, sub ætheriis radiis ^d, telluris alumno
 Pars non ulla boni ^e propria est; nisi potus & esca,
 Ac hilaris sensus, qui condimenta ministrat ^f.
 Atqui his quicquid inest, jucundum atque utile,
 tantum

Cre-

*ex hac sententiâ conneſſeret cetera, commemorans arumnas, erroresq; vitæ
 hujus; & evanescētes intereā temporum lapsus, ubi nihil solidum, nihil
 stabile retinetur: in eā rerum vanitate sub sole illud etiam deplorat quodam-
 modo, quod, quum sit abundantia sapientiæ super insipientiam, sicut est
 abundantia lucis super tenebras, sapientisq; oculi sint in capite ipsius, & stul-
 tus in tenebris ambulet; unus tamen incurſus incurrat omnibus utiq; in hac
 vitâ, quæ sub sole agitur: significans videlicet ea mala, quæ bonis & malis
 videmus esse communia. Dicit etiam illud: quod & boni patiantur mala,
 tanquam mali sint; & mali, tanquam boni sint, adipiscantur bona; ita
 loquens: Est, inquit, vanitas, quæ facta est super terram: quia sunt
 justi, super quos venit quasi factum impiorum; & sunt impii, super
 quos venit sicut factum justorum. Dixi; quoniam hoc quoque
 vanitas. In hac vanitate; cui, quantum satis visum est, intimandæ, to-
 tum istum librum vir sapientissimus deputavit: non utique ob aliud, nisi, ut
 eam vitam desideremus, quæ vanitatem non habet sub hoc sole, sed verita-
 tem sub illo, qui fecit hunc solem. In hac ergo vanitate, nunquid, nisi
 iusto Dei rectoq; judicio, similis eidem vanitati factus, vanesceret homo? In
 dictis tamen vanitatis suæ interest plurimum, utrum resistat, an obtemperet
 veritati; & utrum sit expers veræ pietatis, an particeps: non propter vitæ
 hujus vel bona acquirenda, vel mala vitanda, vanescendo transcuntia; sed,
 propter futurum judicium, per quod erunt & bonis bona, & malis mala,
 sine fine futura. Conf. Job. ep. II, 1, 2, 3, 4. III, 3, 4. Eph. IV, 17. cum v. 21.
 (a) IV, 2. c. conf. Pr. XXIX, 11. (b) III, 12. p. (c) 12. VII, 29. (d) I,
 3. g. (e) III, 22, 9. (f) II, 24. III, 12.*

Credita & dona refert: quæ non, tanquam integra,
constans

Æqui animi lumen pariunt; nisi crimina vicit
Cor, inflammatum Supremi Patris amore,
Donantis sub Sole dies ^b, & grata laborum;
Auxilia, æternæque spei solamina firma ^k.

16. Cætera, linquamus Superis, instantia posthæc.
Perstiteram quondam, tradens, penetralibus imis ^l,
Totum me studio, scrutandi semina, causas,
Et rerum eventus varios; ubi tædia sensi
Anxia ^m turbarum, molimina ^m quotquot adibam
Circuitu in terris; neque enim noctesque diesque,
Si quem iste error habet, viderunt lumina somnum ⁿ:
17. Sed mihi monstratum est, mentis velamine demto,
Omne opus esse Dei solius ^o; nosque videre,
Quæ subeant oculos: cæcos non posse recessus
Explorare ^p hominem, quibus hæc, quibus illa ge-
rantur,

Oo 2

Quid-

(g) XI, 9. (h) V, 17. (i) I, 3. V, 14. (k) Videantur, huc pertinencia, notata ad II, 24. m. &c. (l) *conf.* 9. VII, 2. x. IX, 1. (m) I, 13. f. (n) II, 23. l. Pr. VI, 4. 22. c. post. (o) III, 14, 15. VII, 13, 14, 15. XI, 5. (p) *bis.* VII, 14. m. HIERONYMUS: *Qui querit causas rationes rerum; quare hoc vel illud factum sit, & quare mundus variis gubernetur eventibus: — nihil aliud proficit, nisi in suâ tantum questione torqueri, & disputationem pro tormento habere, nec tamen invenire, quod querit; & quum hæc dixerit se cognovisse, tunc ignorantis habere princi-*